

adolescens nobili loco natus. Qui cum lepra laboraret: Et ingrediēti urbē Marco prīmus forte occurrisset: Intuitus eū Marcus: & accedens quasi me dicus: morbū contemplatus: erexit eum in spē salutis si modo illum audi- ret. Renuntiat continuo iuuenis patri ulphio: quid a peregrino homine au- dierit. Mox pater accurrens obsecrat Marcū sūmis precibus: ut si quid po- test: filii morbo succurrat. Respondet Marcus per eum stare quominus sa- netur. Nam si monitis suis obtēmperet: & medenti fidem p̄stare uelit: fa- cile illi salutem posse restituī. Pater lachrymans omnia se facturum spon- det. Tum Beatus Marcus idola illi cepit eorūq; uanitatem detestari p̄di- care doctorem gentium celo demissum christum ihesum dei filium. Medi- cinam aut & lauacrum ad eum morbum: nullum esse efficacius: q̄ christi bap- tisma. Quum assensisset pater: omniaq; facturum quęcūq; imperaret: pol- liceretur: oratione Marcus ad deum facta: postea q̄ iuuenem aqua sacri ba- ptismatis lauit: a lepra continuo mundatus est. Huius miraculi fama: sta- tim urbem peruasit uniuersam. Magni ad nouum hospitem uisendum cō- cursus fieri. Alii genus flagitare: alii aduentus causam. Mirari doctrine ge- nus inauditum antea. Respondere singulis Marcus mira mansuetudine. Vno autem: aut altero edito ad comparandam fidem miraculo: ueluti tel- lurem aliquam incultam sentibusq; plenam. Aratro proscindendam acce- pisset: Ita cęlestis amore regis incēsus: mox accingitur ad idolorum uepres eradicandos. Iatq; liberius in deos gentium inuehi. Homines fuisse conte- stans. Eorumq; principcm: uitam stupro: adulterio: parricidio: & omni li- bidinis genere cōmaculatam duxisse: idem de aliis quos pro diis habeāt de- monstrare. Mortuos tandem: famamq; & popularem eorum gratiam sibi démones fabrefactis eorum simulacris: uendicauisse. Nullum iis inesse spi- ritum: nullam animam: sed a dēmōibus occultis p̄stigiis moueri loquiq; unū esse deum terre celiq; conditorē. Qui misertus tantorū' errorū: filiū cę- lo demissum delegarit: ad ueritatem mortalibus declarandam. Ceteros cę- spiritus fallaces inuidos & deceptorios. Felicitatem aliis polliceri: Qua p- pter superbiā sint ipsi depulsi. Quū aut quotidie eius nomen icrebresceret: magnāq; christo adsciuisset multitudinem: formādā sibi meliori uite morū qđ disciplina ratus: primā tā ecclesię: q̄ templi in ea urbe fundamenta iecits. Que semp nobilissimū in italia tenuit locū. Sacerdotes & diaconos istituit. Ritūq; tum solennis sacrificii: tum orandi psallendiq; diurnis atq; noctur- nis horis dedit. Quibus rite peractis biennio ad eam rem ibi consumpto: Quum eum Beatus Apostolus Romam accersisset: Assumpto sibi comi- te Beato hermachora: quē eius urbis antistitē crearat: iter Romam uersus instituit: magno totius fere ciuitatis mētore. Sed in primis eorū quos chri- sti q̄s filios peperat: q̄ lōge plus suauissimis moribus & exēplis purissimā sanctitatē redolētibus ad christi cōfessionem: q̄ uerbis pellecti: quasi nunq;